



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Clara V. 12. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

400 VITÆ SANCTORUM. 12. Aug.
Et reverà purpuram, qualem nunquam
antehac etſi Imperatrix, & in eà tot
gemmas, quot guttas portabat. *Ex Surio.*

*O anima, qua in te Christum habes, at-
tende tibi, tibi ipſi ſaca: immortalis eſt
Christus ſponſus tuus; cave eum deſeras,
ne ab eo derelicta diligas inimicum tuum
ab omni juſtitia pulchritudine remotiſſi-
mum. S. Ephrem de exercitat.*

S. CLARA V. 12. Auguſti.

Francisci illuſtris partus vergo CLARA
eſt, mater eadem omnium virginum,
quæ Franciſci inſtitutum æmulantur,
jam antè parenti ſuæ, quàm naſcere-
tur, à Chriſto è cruce latidata. Ergo
unicum ſexûs ſui miraculum ea facere
molles virgunculas docuit, quæ multi in
viris miramur, pauci imitamur. Aſper-
ritam vitæ rationem, atque ultimam,
quam in ordinem ſuum invexit, pau-
pertatem cordi DEO eſſe vel tunc pro-
bavit, quando abundare in vacuo etiam
vaſe oleum fecit, & dimidium panem
quingenta omnio virginibus ſuffice-
re. Neque erravero, puto, ſi Moysi
etiam feminam æquiparavero. Certè
obſidione gravi cùm Aſſiſium cingere-
tur, precibus ante Eucharisticum epu-
lum CLARA depugnans omnes in fu-
gam hoſtes egit, certiorque de victoria
ab ipſomet ſponſo Chriſto eſt facta.
Ab

13. Aug. VITÆ SANCTORUM. 501

Ab hoc aliàs nunc ad nascentis cunas,
nunc ad patientis tormenta spectanda
cum evocata esset, Crucis deinceps si-
gno ita usã est, ut contra morbos A-
lexiteriorum, contra orci minas Pano-
pliã vicem esset. Jam moriens uti è terris
cum purpurato senatu summum Pont. ita
cælis cum candido virginum agmine vir-
ginum Reginam, & cum hac summum
Numen ad se pertraxit; itaque in cælo
fuit, antequàm fuit. *Ex Surio.*

*Sanguine Agni servatur domus à per-
cussione Angeli: & aquã maris rubri ex-
tinguuntur inimici, quæ sunt mysteria
Christi. Hieron. super Luc.*

S. CASSIANUS EP. ET MART.

13. Augusti.

Pulchrius longè **CASSIANUS** post
Pontificatum, quem apud Brixentas
gesserat, quàm post Regnum olim Dio-
nysius, ludum in foro Cornelii exul ape-
ruit, non ignarus has demum illas esse
rasas tabulas, è quibus nec senectus mo-
res expungat, quos olim infantia in-
scripsit. Sed heu! quoties juvenus in-
dignum tuis Doctoribus Minerval in-
grata perfolvis? Rapitur ecce ad iudices
CASSIANUS, & impietatis in Deos
damnatus pueris traditur exarnifican-
dus. Nulla mora. Convolant velut ad fe-
rias literarias pessimè feriati, & ad pœ-
nas

Ii 3 nas